

EPICEDIVM  
ILLVSTRISSIMI  
ET REVERENDISSIMI  
CARDINALIS CAROLI  
BOROMAEI,

Ab Iacobo Critonio Scoto,  
rogatu

*Clarissimi, summaq; in optimum Pastorem suum pietate,  
viri, Ioannis Antonij Magij Mediolanen.*

Proximo post obitum die  
exaratum.

DE CONSENSV SUPERIORVM.



BIBLIOTECA  
PATETTA

Op.  
Cing.  
107

UNIVERSITÀ DI TORINO

MEDIOLANI,

Ex Typographia Pacifici Pontij. M. D. LXXXIIII.

942410 ENCE

Ab Jacobo Cicerio Scoto

1687

Proximo post octiduum die

DE CORRECTIONE SUPREMO R. M.



M. D. I. O. F. A. N. I.

1687

2

EPICEDIVM  
ILLVSTRISSIMI  
ET REVERENDISSIMI

CARDINALIS CAROLI  
BOROMAEI,

Ab Iacobo Critonio Scoto,

PROXIMO POST EIVS DISCESSVM

AB HVIVS LVGIS VSVRADIE  
DEPROMPTVM.



*EV pulla clamyde, & scissis Elegia capillis  
Prodeat, & calamos Egloga nacta nigros.  
Nox erat, & mastas agitabam pectore curas,  
Horaq; me Noctis tertia vexat arox.*

*Nulla datur requies; sed mens insana vagatur*

*Semper, & obiectis horret imaginibus.*

*At tandem sero declinant lumina somno,*

*Et (dolor) obrepunt somnia dira mihi.*

*Namq; fretum ingressus portu prodire videbar,*

*Quiq; ratem regeret Nauita nullus erat.*

*Hic Epire, Drymo, Cydippe, Glaucia, Doris,*

*Xanibia, Cymodoce, Lysis & Opus erant.*

A 2.

Hec

Hæc velut in gyrum duplicato poplite fertur  
Remigat hæc pedibus, nec resupina iacet.  
Intonat horrifono Cælum se murmure miscens,  
Hinc Notus, hinc Borreas, Africus inde ruunt.  
Inuoluere diem nubes, cæcæq; tenebra  
Insurgunt, & nox ingruit atra Salo.  
Deficit eximio spoliata Carina Magistro  
Atque procellosis ingemunt iæta nouis.  
Extimui, steteruntq; comæ, & timor occupat artus  
Proh dolor, en veris somnia mixta noto.  
Pro stupor, Arctois peregrinus Scotus ab horis,  
Nauclerum Latij desleo iure pium.  
Flete viri, Lugete Senes, discindite vultus  
O Pueri, heu Iuuenes imbre rigate genas.  
Stridulus emissis certatim vlulatibus æther  
Horreat, & finem non habeant gemitus.  
Quales cum Troiæ iam tum Fortuna labaret,  
Iliades scisso crine dedere Nurus.  
Ne mea suspensum teneant te metra, benigne  
Lector, Christigenæ Nauita puppis hic est  
CAROLVS Insubri BORO MÆVVS sanguine erectus  
Cui virtus claro stemmate maior erat.  
CAROLVS æterno Boromæus Numine fultus,  
Vi miserae genis Dux foret ille sua.  
Non præce, non prætio, non vi sed calitus alimum,  
Illius texit Purpura sacra caput.

Menteq;

Menteq; perpetua Christum spectabat IESVM,

Purpureos inter gloria summa Patres.

Non aliter quàm vel radijs solaribus aether,

Cynthia vel bigis nox taciturna tuis.

Scilicet insubres vitiorum mole ruentes,

Erexit Praesul dexteritate pius.

Erectosq; manu valida fulciuit Ephebus,

Contudit & sacra Religione scelus.

Hunc Deus elegit solida pietatis alumnum,

Ut magnus Patria splendor ubiq; foret.

Sapius ille homines media de morte recepit,

Quum pestis latè serperet atra Lues.

Ille Dei classem remis, velisq; carentem

Instituit medio fortius ire freto.

Et licet extinctus sit corpore nomine viuit,

Cuius fama nitens pulsat utrumq; polum.

In quo virtutes fixere sedilia cuncta,

De viuisq; ferunt alta trophæa Deo.

Integritas animi, placidoq; modestia vultu,

Et nullis probitas contemnerata malis.

Despectusq; sui, legis respectus auita,

Prouidus, & casto plenus amore timor.

Factis culta fides, non solis fumea verbis,

Sed supero accensas quæ dat ab igne faces.

Aures nobiles mites præbebat; regis

Consuluit pariter nobilis ille Parens.

Ergo

Ergo non alio fas est hunc nomine dici,  
Quam sua, quo, pietas nota sit, atq; fides.  
Sic virtute sua clarus, nec carmine nostro,  
Laude nec alterius clarior esse potest.  
Haud equidem varios cristallina gleba colores  
Tot dabit, hinc morum quot simulachra nitent.  
Et tamen (o Pietas) vitales exiit auras,  
Et Cali proprias itq; reditq; vias.  
E heu nil valuit fugientem sistere vitam,  
Ab nil morte homini certius esse patet,  
Illa malis requiem, metamq; laboribus affert,  
Omniaq; alternas constat habere vices.  
Sic pluviæ hyems, Zephyro spirante recedit.  
Sic pia Naucerus premia vester habet.  
Admonet ecce Deus, Deus æthere missus ab alto,  
Curat ut in portus tuta carina suos.  
Interea Præsul visit pia fana Varallæ,  
Ut præfagus olor fata subire parans.  
Sanctè, quem dederat, cursum natura peregit,  
Molliter ossa cubant, spiritus astra colit.  
Quem nunc felicem, terris pelagoq; relictis,  
Fatidico cecinit Delphicus ore Deus.



ANT 15964

6



UNIVERSITA' DI TORINO  
BIBLIOTECA PATETTA